

rali p. 3. tit. 53. §. 1. in verbis: Sehen ordnen und wollen wir, wo einige Parthey hinfürter vermeinet, daß sie durch Cammer-Richter und Beyßzer beschweret und unrechtmäßig oder nichtig Urtheil wider sie gesprochen und eröffnet, und derothalben gedächte umb Straf ungerechter oder reformation und Besserung solcher Urtheil anzuhalten, daß derselben Parthey solches zu thun zugelassen seyn soll *ic. hoc remedium extraordinarium loco appellationis in Camera prohibita omnibus grauatis permittitur, siue suo nomine siue alieno condemnati sint, vt pūta Tutoribus et Curatoribus pupillorum et adolescentium arg. l. 1. §. 13. ff. quand. appell. l. 24. pr. l. 27. l. 28. pr. ff. de A. et R. Ampliatur quoque ad similitudinem appellationis, vt non solum vnus, sed et duo pluresue ad hoc remedium confugere possint, nam et si vnus Reuisionem petierit, hoc et reliquis proderit, bene tamen obseruata distinctione ULPIANI in l. 10. pr. §. fin. ff. de A. et R. an scilicet plures separatim ex diuersis causis, an coniunctim ex vna causa condemnati sint. Priori modo singuli Reuisionem petere debent, posteriori vnus petitio reliquis litis consortibus quoque proderit arg. l. 2. et 3. C. si vnus ex plur. app. modo sententia ab iis agnita non fuerit.*

§. XV.

Is vero qui Reuisionem petit, iuramentum Calumniae praestare tenetur, de quo sub *capite V.* et si causa cadit in omnes expensas condemnabitur vti suo loco dicam.

§. XVI.

Quaeritur an Litigator vel is qui Reuisionem petit iniuriam faciat Iudici et Assessoribus Camerae, eo ipso quod ad hoc remedium reuisorium confugiat? Negandum puto, si iusta ad Reuisionem grauamina adsint *arg. l. 20. C. de app. et consult. qui enim iure suo vtitur, nemini iniuriam inferre censetur l. 13. §. 1. ff. de iniur. l. 55. ff. de R. I.* Hinc cum aliquando inique contra sententiam suam Reuisionem petitam esse putarent Camerales et de hac iniuria coram Reuisoribus conquererentur, refert ADR. GYLMAN. *Symph. Supp. Tom. 5. p. 401.* non attenta hac querela in Consilio Dominorum Reuisorum 29. Mai. ann. 1583. in Causa O. contra B. hoc Decretum emanasse: In Reuision-Sachen, Herrn B. Klägern, wieder O. Beklagten, erkennen